



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce  
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte  
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi  
coadiutoris**

**Juan <de la Cruz>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1639**

Censvra P. Fr. Ioannis Pontij Legionensis, Theologiæ Proffessoris ex sacro ordine Minimorum, Consultoris, & Qualificatoris in Regio Senatu suprem ac vniuersalis Inquisitionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37873**

gia horum librorum Mysticam non debet reputare contrariam: ni velint veritatem in parabolis damnare, & aurum in cancellaturis argenteis despiciere; mannaque caeleste, eo quod paucorum solitariorum, & à mundi Ægypto fegregatorum cibus sit, fastidire. Cum autem absurda hæc minime debeant admitti, multo minus damnare decet prædictas phrasas, & Mysticæ Theologiæ locutiones, quas Author spiritu simul & eruditione insigni in hisce libris vsurpat cum vtilitate multorum: ita Censeo. Saluo meliori iudicio.

*In Collegio S. Thomæ Matrivi 12. Iulij 1623.*

*M. Fr. Franciscus & Araujo. & c.*

## C E N S U R A

*P. Fr. Ioannis Pontij Legionensis, Theologia Professoris  
ex sacro ordine Minimorum, Consultoris, & Qualifica-  
toris in Regio Senatu suprema ac vniuersalis  
Inquisitionis.*

**M**vbente Cels. V. Iustravi opera Spiritualia à sancto & Mystico Doctore V. P. F. Ioanne à Cruce primo Discalceato Illustrissimæ Religionis B. V. de Monte Carmelo edita; vna cum delineatione vitæ eius & introductione ad hæc eadem opera per R. Pat. Fr. Hieronymum aucto Iosepho Historiographum meritissimum, eiusdem ordinis composita: Cuius florentissimæ reformationis meminisse videtur D. Ambrosius. sermone 83. his verbis. *O hereditas certe pretiosa, in qua plus relinquitur quam habetur, plus consequitur qui accipit, quam possideat qui largitur; pretiosa plane hereditas, quæ dum à Patre transfertur ad Filium; meritorum quoque favore duplicatur.* Hi ergo præclarissimi filij S. Eliam parentem suum confitentem, etiam Mysticum hunc Doctorem F. Ioannem à Cruce obseruantæ suæ Restauratorem agnoscunt, qui ob præclara sua scripta, iure & iustitia Mysticæ Theologiæ Doctores Eximij nomen sibi vendicat. Siquidem de hac lapida scientia, teste S. Ambrosio epist. de dicatoria in Apologia Davidis, nemo loqui potest nisi qui scripturas omnes penitus excuserit, imbibierit, concoxerit, tantoque vsu contexerit, vt in naturam abijisse videatur; prout tradidit D. Anastasius Nicenus q. 78. dum explicat c. 13. S. Matth. loquens de illo qui ad proximum emolumentum libros euulgat. *Per laboriosam (inquit) diuinarum Scripturarum lectionem sibi recondit thesaurum veteris, & noui testamenti, & ex eo expromit tempore disputationis, quod mirum in modum exequitur Mysticus Doctores S. P. F. Ioannes à Cruce, in librorum suorum canticis Mysticis, è quibus eiusmodi diuini amoris radij prodeunt, vt tam hoc nostro, quam etiam alijs futuris sæculis, de ipsis vere dici possit, quod de alijs similibus sanctissimi cuiusdam viri libris protulit Magnus Ildorus Pelusiota lib. 4. Epist.*


*Quem*

Quemadmodum enim inquit fax in illumina nocte apparet, sua sponte oculos allicit, sic virtus  
omnes homines illuminare apta nata est. Nec in solos homines virtus vim habet; felicissime in libris  
hæc effusa varietas, & Angelos admiratione sparserit, moueat vel astra matutina, & filios Dei in  
tabulam ad libri voces suborta claritudo; Intellectum lectoris lumine illustrans & Christi  
lesu amore voluntatem inflammans, unde si ad illorum omnium notitiam perueni-  
rent, qui & sequi & scire cupiunt iter vnionis cum Deo, vt verbis D. Basilij vtar, in si-  
mili occasione prolatis oratione prima, accensi fide, persistent operibus veri luminis relucen-  
tes. Quapropter censeo Celsitudinem Vestram posse facultatem dare vt communi lu-  
ce fruatur liber iste; vtque commune bonum; omnibus communiter impressus, com-  
munis fiat &c. Datum in Conuentu Victoriar Matriti, ordinis Minimorum S. Fran-  
cisci de Paula, die 17. Maij Anno 1629.

*Fr. Ioannes Pontius de Leon Suprema  
Inquisitionis Qualificator.*

## CENSURA

*Reuerendissimi & Illustrissimi D. D. F. Augustini Anto-  
lines, ex Ordine D. Augustini, Episcopi Ciuitatensis, Sal-  
mantica prius Prima Cathedra Theologia modera-  
toris, deinde Archiepiscopi  
S. Iacobi.*

 Idilibrum serui Dei ac V. P. F. Ioannis à Cruce: in quo denudationem ani-  
mæ à rebus omnibus extra Deum, & sui ipsius abnegationem (de qua Chri-  
stus loquitur in Euangelio) lucidissime demonstrat. Eandem ad praxim re-  
ducit, liquidam reddit, lectoremque allicit, sacræ Scripturæ Testimonijs, ad  
suum institutum apposite adductis, excellenter vtitur. Haud obscure indicat spiritum,  
ac Cælestem lucem, quibus, dum scriberet, affluebat: aded vt non immerito de sua  
doctrina cum Christo D. affirmare possit: *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me*  
*patri.* Mea doctrina non est mea sed Domini, qui misit me, & in me locutus est. Maxi-  
mum profecto bonum fuit, quod in lucem prodierit, pro illis animabus, quæ oratio-  
nem frequentant, earumque directoribus: In quorum fidem manu propria subscribo,  
apud S. Philippum Matriti, 4. Septembris, 1623.

*F. Augustinus Antolines Episcopus  
Ciuitatensis.*

APPRO-

B.  
Ioannis  
à Cruce

Opera  
mystica

NVI

124